obligantia, cum igitur matrimonium tali metu contractum sit invalidum et irritum Cap. 14. 15 et 28. de sponsalibus. id dicendum erit de sponsalibus Cap. veniens. Cap. requisivit eod. tit., habetur et ex l. ult. Cod. de sponsalibus. item Cap. gemma eod. tit. ubi expresse prohibet stipulatio poenae a resiliente solvenda propter contractum sponsalitium ad hoc sc. ut matrimonia sint plane libera: si igitur irrita est huiusmodi poenae stipulatio, quatenus sponsalia et ex iis consequentia matrimonia libera sint, amplius irrita esse debent sponsalia metu gravi iniuste incusso ad extorquenda sponsalia, inita, quia id finis, et quidem a potiori urget, ne sc. infelices sint exitus per matrimonium sub talibus sponsalibus irritum: ergo etc. Adverte tamen quia dixi metu gravi id est cadente in virum constantem, si vero levi metu sint extorta, tunc quidem infirma et sunt, et in foro conscientiae propria authoritate metu passi irritabilia, cum et metum incutiens in conscientia teneatur relinquere metu passo libertatem consentiendi vel dissentiendi, tamen in foro externo leve tamen metu passus actione non obtinet. nota et dum dicitur metu gravi intelligi metum proveniente a causa extrinseca et libera, non vero proveniente ex causa nostra vel ab intrinseco assumptum qui non obstat valori sponsalium ex communi. Dixi 2. iniuste incusso, si enim a lege ~~per~~ vel iudice metus iuste incuteretur puta quia virginem defloravit, talis metus secundum omnes valori sponsalium non obesset, cum hoc iustitiae vis exigeret. Dixi 3. ad extorquenda sponsalia, omnes enim conveniunt quod si quis ad effugiendum metum

iniuste incursum ad aliud, quam ad obtinendum l. ex
torquendum consensum in sponsalia sponderet alicui sponsalia
puta, si quis iniuste incarceratus ad hoc ut a carcere
liberaretur filiae custodis sponsalia promittat, quod
sponsalia tenerent, quia talia sponsalia in se ipsis
revera libera sunt, nec connexione aliqua habent
cum metu iniuste incurso. haec bene notanda sunt.
Cum autem incidenter dixerim de poena quodque sponsa-
libus adiecta ab ipsis sponsis solvenda ab eo, qui
a sponsalibus resilierit, de hoc sic tenendum est:
quod stipulatio poenae solvendae ab eo, qui autem iuste
resilit a sponsalibus, sit omni iure nulla cap.
gemma de spons. l. titia ff. de verb. oblig.
ratio est, quia iniustum est eum teneri ad poenam sol-
vendam propter id, quod iuste facit, iterum quia sic
matrimonii et sponsaliorum libertas tolleretur, quando
nec iusta causa urgente quis a sponsalibus re-
silire posset nisi poena sustenta. e contra si sti-
pulatio poenae solvendae sic fiat, ut ab eo tantum
solvat qui sine iusta causa resilit, stipulatio
eiusmodi honesta et licita est, cum licite contra pec-
cante in contractu utrinque obligatorio poena
stipulari sit, nec sic ullatenus libertas matrimonii
restringitur, sed tantum fides promissa firmatur, ne
iniuste laedatur, sicut in simili libertas matrimonii
non tollitur, si quis iniuste resilire volens, ne
resiliat sub excommunicationis censura coercetur; inde
quia infertur in contractu sponsalitio arrhas sic
constitui posse, ut si alterutrum iniuste resiliat
arrham amittat, accipiens vero et iniuste re-
siliens (: nisi tamen sit minorennis :) eas in duplo
reddere teneatur, nam huiusmodi conditione nec sub
turpi quaestu matrimonia ineuntur, nec
libertas eligendi matrimonii tollitur, sed tantum

promissa fides firmat.

3. Octavo dnus, sponsalia liberorum invitis aut
in suis parentibus inita quam est ex hoc capite
etsi sint pecuniosa contra reverentiam et
pietatem parentibus debitam, quorum voluntati et consilio
stare debent, tamen sunt valida, cum quoad eligendum
statum matrimonii quisque sit sui iuris, sicut supra
dictum, quanta autem sit obligatio in eligendo matrimonio
sequi consilium parentum, plures DD. putant eam
esse sub mortali, sed rigor ita absolute positus non
placet, sed potius dicendum est, quod gravitas peccati sit
desumenda a gravitate rationabili offensae parentum
ita, ut si Pater in electione eiusmodi rationabiliter et
graviter offendatur, puta quia filius matrimonium
iniit cum indigna, cum meretrice, cum tali ex
cuius desponsatione familiae grave aliquod damnum
aut dedecus imminere poet, filius tale sibi de
sponsando invitis parentibus mortaliter peccaret
contra reverentiam parentibus debitam, secus si
tamen offenderent parentes in modo, puta quia
patris consilium non expetiit, et quia cum digna con
traxit, pater tamen voluit ut contraheret cum
altera aeque digna ubi solum venialiter peccaret
nunquam enim in hoc graviter parentem offenderet; in
secundo autem parentum consilio sic distinguendum est, si
parentes filium ab omni matrimonio avocare volunt
filius ipsis non tenebitur obedire cum ingtinentia
periculo quia ad hoc parentum potestas se non extendant
ut obsint sed prosint, melius autem est nubere quam
uri 1. Cor. 7. si parentes impedire volunt
matrimonium, ad quod filii voluntas propendet, ad invicem
conferendae sunt rationes pro et contra, et tunc

ubi filij rationes notabiliter praeponderant, eligere sibi potest sine peccato quod placet, si autem parentes filium ad matrimonium aliquod compellere volunt a quo filius abhorret, non tenetur obedire parentibus si tamen iusta sibi a tali matrimonio abhorrendi causa fuerit propter infelicies exitus ordinarie ex talibus matrimonijs sequentes, aliud esset si voluntas parentum cognosceretur omnino iusta. plura vide apud Zajmon c. 1. de sponsalibus. Sit

Articulus 2dus.

De Obligatione et dissolutione sponsalium

Postquam in priori articulo explicavimus naturam, distinctionem, finem, et ea, quae sive ex parte istorum sponsalium, sive ex parte ea contrahentium tum ad valorem, tum ad licentiam requisita sunt, consequenter, quae et quorum sit obligatio standi sponsalitio contractui videndum est, istaque et causae, quibus dissolvatur, examinandae: totum autem duabus sectionibus finiemus, in 1ma de obligatione ex sponsalibus orta, et consequenter de peccato sponsorum post contracta sponsalia, an novam malitiam iniustitiae contineat? dicemus. in 2. de causis sponsalia dissolventibus agemus. Sit

Sectio 1ma

De Obligatione sponsorum ex sponsalibus orta.

Quoniam ex saepius dictis sponsalia sunt mutua futurarum nuptiarum promissa, et sortiuntur naturam contractus utrinque obligatorij, eorum obligatio ex 3plici titulo videtur posse oriri, 1o ex ista natura contractus et titulo iustitiae, qua quidem obligatio naturalis est, et est certa sententia eius cum S. D.

obligat sub mortali ad contrahendum matrimonium tempore praefixo, si tamen aliquis terminus eiusmodi praefixus fuerit, S. D. in 4. dist. 27. q. 2. a. 1. ad 2. ait, ex tali promissione obligatur unus alteri ad matrimonium contrahendum, et peccat mortaliter non solvens promissum, nisi legitimum impedimentum interveniat. ita S. D. hanc et iustitiae obligationem varij ex varijs juris Canon. locis deducere conantur, ut ex Capit. ex litteris Capit. requisivit de sponsalibus, alij ex Can. desponsatas Can. Ubi. Can. de coniugali 27. q. 2. in prioribus enim dicuntur compellendi, qui ea sponsalia servare noluerint, in posterioribus autem et sub poena excommunicationis prohibetur, ne uni desponsata alteri desponsetur, sed ut recte advertit Amicus hic disp. 30. sect. 1. ex neutro loco recte tanta obligatio desumitur, non ex titulo de sponsalibus, cum adducta ex in capitula loquantur tantum de sponsalibus iuratis, de quibus propter iuramentum dubium esse non potest, quin obligent sub mortali, hic autem quaestio procedit de sponsalibus quantum est ex ipsa eorum natura, non vero quantum est ex titulo iuramenti: ergo etc. non est ex causa 27, et inde desumptis capitulis, cum ibi Pontifex loquatur de sponsalibus contractis per verba de praesenti, quae sibi erant ratione matrimonij rati, hic autem sermo est de sponsalibus per verba de futuro: ergo etc. unde ex iure Can. praecipue pondus habet ex Cap. praeterea de sponsalibus quod loquitur de sponsalibus de futuro et non iuratis, et tamen in illo Pontifex ait, quod hi qui de matrimonio contrahendo pure et sine omni conditione fidem dederunt commonendi sunt, et modis omnibus inducendi, ut praefixam fidem observent. ita Pontifex, quod verba omnino graves obligationem supponere. Verum haec obligatio naturalis videtur potius a ratione, quam a iure quaerenda,

Obligatio sponsaliorum ex 3plici titulo oriri potest. 1. ex ipsa natura contractus et dit. iustitiae

ratio est, quia obligatio contractus utriusque obligatorij in materia graui est sub mortali titulo iustitiae excepto si de mutuo consensu contrahentium executio eius in tempus prorogetur. atque obligatio sponsaliorum est contractus utriusque obligatorij obligatio; et quidem in materia graui vinculo scilicet futurarum nuptiarum tum ad prolem generandam, tum ad libidinis aestus refrenandos. Quod ergo obligatio sponsaliorum erit sub mortali praefixo termino finito urgens ad eorum executionem, nisi forte mutuo sponsorum consensu placeat eam executionem in aliud tempus prorogari.

Dixi autem ad contrahendum praefixo tempore si terminus eiusmodi praefixus fuerit, videndum ergo est, quonam tempore haec obligatio urgeat, si nullum determinatum tempus fuerit praefixum, sed sponsalia sint inita sine denominatione, quanam temporis differentia sint exequenda cum enim si terminus eiusmodi praefixus sit, certum sit apud omnes, quod ante elapsum illum terminum executio sponsalium sub peccato non urgeat suspensa obligatione ex mutuo et libero contrahentium consensu usque ad tempus praefinitum, dubitari potest, an si nullus terminus praefixus sit, statim a facta promissione urgeat, nisi alterutra ex iusta causa ad impletionem differri postulet, quod affirmant Coninck. disp. 22. dub. 1. conclus. 2. et Pontius lib. 12. c. 6. n. 1. an vero ea obligatio tunc suspensa maneat, donec alterutra contrahentium executionem sponsalium fieri et ea impleri petat, ut cum Sanchez docet Amicus loc. cit. ? et

R: quod quamuis prior sententia nitatur regula iuris ex c. 14. de reg. iuris, in qua dicitur, quod in omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur praesenti die debet praeterea assumere potest quandam paritatem ex voto quod statim obligat legitime factum, et sic inferre quod ergo et sponsalia legitime facta statim obligent p

placet tn potius sntia Amici sc. sponsalia tnc primum obligare censenda ee sb mortli ad matrnium ineundum, qdo vna pars gtrahentium iderit petitura, nec raabli et urgens caa sit, ea ulterius differendi, aut ni ald regionis habeat in eigmi gtractibus gsuetdo, raõ e, qia passim hac e gtrahentium opinio et praxis, 2. qia caue hoc e oi dbto, cuius solutioni n e dies certa praefixa, ut dbtor titulo iustiae n teneat illd solvere, ni a creditore rgisitus f. debitores Cod. de pignoribus. 3. qia in gtractu sponsalitio utriusqs in utrumqs e aequale ius cu vnus sit promissor et promissarius sicut alter, ideo oportet, ut vnius sit actlis obligaõ faciendae executnis, qd ab altero desupr regirat. nec urgent oppositae raones, n illa rgla iuris, qia ut bè notat Amicus loc. cit., lgit tn ex supposito Creditoris petentis, na alioqui inutile foret mutuum, si ab aliquo mutuatum sine praefixo tpore, statim eet obligaõ ad illd eod die restituendum: n et illd de voto, qia obligaõ voti ideo statim urget, qd moa voti utcnqs spectata statim sit grata Deo et utilis, imò eo gratior quo citius adimpletur, at vò obligaõ executnis sponsalium n semper e grata et utilis sponsis, qn saepe ex utraqs et parte eo utilior, quo dilatior, cu sdm supp. dicta ex Augstno hic veteribus mos fuerat, ut sponsa pacta n statim traderet, n vile hbat maritus data, quam n suspirauerit sponsus dilata: igit vidt executio sponsalium in qbus nulla tporis detrnaõ facta qdo sc. exequi dberent, tnc solum urgere ex titulo iustiae sb mortli, qdo alterutra ex sponsis id petierit, nec ex altera parte ultra differendi raabli caa adsit.

Sed hic altera difficultas consurgit an non saltem 26
de expressa utriusque contrahentis volte obligatio
sponsalium sit esse sub culpa veniali tantum, puta quod
sponsus et sponsa in ipsa pactione sponsalium ex
presse conveniant, ut iste contractus sponsalitius ob
liget solum sub veniali. Et negat post Vasquez
et alios Amicus hic loc. cit. sect. 1. et tom. 5
disp. 5. sect. 8. ratio est, quod licet in potestate con
trahentis aut voventis sit, se per contractum aut
votum obligare vel non obligare, haud tamen in potestate
eius est, posito contractu aut voto in materia gravi
se sub veniali tantum obligare, nam posita gravi materia
contractus aut voti lege naturali sequitur obligatio sub
mortali, sicut posita materia gravi legis subditus
naturali lege tenetur sub gravi culpa eam servare:
cum igitur materia sponsalitii contractus sit de se materia
gravis, vinculum sc. futurarum nuptiarum, non possunt
sponsi se se mutuo obligare sub veniali tantum.
verum non obstante hac probabili ratione insistendo
Doctrinae, quam tradidimus in Tr. de Legibus
n. 170. dicimus, posse sponsos in ipsa pactione
sponsalitia de mutuo tamen expresso consensu licite et
valide convenire, ut obligatio executionis per ipsos
urgeat solum sub veniali, sicut ex cit. loc. de
Leg. diximus, quamvis nulla humana potestas rem tam materialem
tam frequenter leve praecipere possit aut prohibere sub gravi,
potest tamen rem frequenter gravem sub libera praecipiendi volte
cadente praecipere sub levi, cum lex unaquaeque tantum
obliget, quantum voluntas Legislatoris vult, ut obliget
et ideo consequens est, quod si vult obligationem ex sua dis
cretione, quam uti nullus judex prohibet, urgere
tantum sub veniali, non aliter obliget nisi sub veniali;
loquor autem de tali materia, quae etsi gravis sit, est tamen
in libera praeceptione voluntatis humanae, seu quam pra
cipere vel non praecipere, ad quam se obligare vel non
obligare possit, cum igitur materia sponsalium sit eiusmodi

nam quisque se libere obligat alteri, et alterum sibi
obligatum libere accipit, nil implicare videtur, quin
sponsi se se mutuo sibi obligent tamen sub veniali,
quod potest confirmari ex eo, quod sine omni pacto obligationem
de mutuo consensu tollere possunt ante: quo a potiori ea
tollere possunt sed quid, qui enim potest maius, in eodem genere
potest et minus, quo qui sine pacto possunt omnem tollere
obligationem, et eandem obligationem sic mitigare possunt,
ut tamen de mutuo expresso consensu obligent sub veniali;
plura vide de Lig. loc. cit. hic tamen adverte,
quia dixi de mutuo expresso consensu, ubi enim aliud non
expresse exprimitur, maior gravitas est in possessione,
et sic obligabuntur sub mortali.

27 Cum igitur tanta sit sponsaliorum obligatio naturalis,
ut qui ea suo tempore culpabiliter non adimplet, mortaliter
peccet, excepto si de mutuo consensu expresso aliud
statuatur, infertur, quod ille, per quem stat culpabilis
dilatio, aut qui a sponsalibus sine iusta causa
resilit, ad exequendum quod promisit tam a seculari
quam Eulaco judice cogi potest, ut ex communi recte docet
Sanchez lib. 1. disp. 29. n. 9. cum ad utrumque pertineat
procurare, ut suum cuique debitum reddatur
in quocumque contractu: si tamen de sponsalitio contractu
constet, nam ad decidendam litem de valore spon-
salium non est competens iudex secularis Cap. 12. de
excessibus Praelatorum et Tridentinum sess. 24. ~~c. 4.~~
Can. 12. sed oportet desuper iudicare Eulacum
judicem. Quod tamen de coactione dictum est, sic debet
moderari, ut praecedat monitio iuxta Cap. ex
litteris et Cap. requisivit: ubi de sponsalibus
et iuratis agitur, et tamen Pontifex ita rescribit:
cum libera debeant esse matrimonia, monenda est
potius: mulier resilire volens: quam cogenda,
cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter

hbre ita Pontifex, qd si vo monitus adhuc con
sentire nolet in executione sponsalium, judex
antequam eum compellat, in hac causa diligenter debet
ppendere incomoda, ut ait Amicus loc. cit. quae
probabiliter pnt ex huiusmodi coactione sequi, quae partim
ex qualitate personarum, partim ex aliis circumstantiis
coniectandae erunt, quae si videantur pponderare
sponsalium dissolutione, eos ad contrahendum non
cogat, sed potius iuxta Concilium Innocentij 3
in Cap. Praeterea de spons. si se ad invicem
admittere noluerint, ne forte deterius inde
contingat, si tale sc. ducat, quam odio habet,
hortetur, instet, suadeat, et judex, ut spon-
salia sibi mutuo remittant, judex ex con
sentire non debet urgenti in sua vel aliorum
pernitie, sicut nec furioso gladium vehementer
desideranti eum daremus: qd si vo illa incomoda
tanta non futura videantur, tunc demum compellat iudex ad
fidem servandam. et 2dm hoc oportet illgi S. D. in 4.
cit. dist. q. 2. n. 1. ad 2. dum ait ex tali promissione
obligatur unus alij ad matrimonium contrahendum, et peccat
mortaliter non solvens promissum nisi legitimum impedimentum
inveniat, et 3dm hoc et Cuilia cogit iniun-
gendo potiam pro pcto, tamen in foro contentioso
non compellitur, quia matrimonia coacta consueverunt
malos exitus habere, nisi forte iuramentum invenerit,
quia tunc cogendus est, ut quidam dicunt, quamvis alij
non videantur propter causam dictam, praecipue si de uxori
ridiculo timeret ita S. D. quem illgi non aliter
negasse tale cogendum, nisi si incomoda videantur
pponderare dissolutionis sponsalium, quia ubi tanta
incomoda non sunt, non potest dici matrimonium infelicem
exitum habere, cum adhuc melius sit cum talibus
incomodis matrimonium, quam sine ipsis matrimonio
carere.

Ad obligne iustiae ex contractu sponsalitio orta
reducit tacita conditio corporis ante contractum matrimonium
integre servandi, id est iustitia exigere videtur,
ut mala contractus utrinque obligatorii non deterioretur,
at vero palam est, quod ubi inter sponsos corpus integre
non servatur, sed per ptm fornicationis quod violatur, mala
contractus sponsalitii deterioratur: igitur ex contractu
sponsalitio ad obligne iustitiae contrahendi suo
tempore matrimonii tacita involuitur conditio corporis
integre servandi, sed non obstante hac iustitiae
conditione mire Dres discrepant, an sponsus
aut sponsa post contracta sponsalia cum aliis
carnaliter peccantes novum spem committant ptm
in confessione nostrio explicandum? idem quantum ad
sponsi aut sponsae complices negant absolute
Covarruvias, Pontius, et alii apud Sanchez, quia
putant conditionem sponsi et sponsae respectu secum
fornicantium tantum aggravare non spem mutare
eo quod ius sponsorum sit tantum ius ad rem, non vero
ius in re, ut adeo illa mutua sponsio tenuari
videatur tantum ad non tradendum suum corpus alteri naturali
vinculo, non vero et ad abstinendum ab actu forni
cario quantum est ex titulo iustitiae, bene autem quantum aliis
tenetur ex titulo continentiae: hoc confirmant exemplo
mulieris voventis religione ingredi, ubi per hoc
precise qui turpiter cum illa agunt, distantia
malitia contra iustitiam non contrahunt, cum religio
nondum habeat ius in re: similiter quo videtur dicendum
de sponsalibus.

9. Altera vero sententia absolute affirmat, quam tenent
Sotus, Lobet, Coninck. Hurd. apud amicum loco
cit. ratio est, quia ubi est violatio iuris ex con
tractu onoroso, obtentum in gravi mala,

ibi committit in ius obtinente noua iniuria,
atq ubi noua iniuria, ibi dicta malitia: cum
igitur in contractu sponsalitio in iuvice obtineat
mutuum ius in cpra et eorum integritate, per cuiusque
sive sponsi sive sponsae violatione alteri parti in
fert noua iniuria et quidem in materia graui scilicet
in eo ad quod contractus sponsalitius obligat ne re
scindat: igitur per ptm sive sponsi sive sponsae
fornicantium cum aliis, et similiter ex parte sic fornicantium
cum sponso et sponsa committit grauis dicta malitia
consequenter in confessione explicanda. 3tia sententia
est sanchez noua malitia concedentis respectu sponsae
fornicantis et eorum, qui cum ipsa fornicantur, negantis
vero respectu sponsi fornicantis et earum qui cum ipso forni
cantur. disparitate sumit sanchez ex violatione
grauitate, quia maior est in sponsa quam sponso, cum sponsa
notabiliter deformetur per fornicationem, at vero sponsus
leuiter solum aut omnino non deformetur per eam, ut sic in
sponsa eius fornicatio sit turpitudo permanens, in
sponso vero sit quasi transiens totaliter turpitudo,
adeoque respectu iniuriae qua sponsa sponso infert
fornicando, iniuria qua sponsus sponsae infert
sit omnino leuis et contemnenda, sanchez ergo non desumit
noua malitia per violationem iuris utcunque, sed violatione
iuris tanta et tanta, ut malitia iniustitiae,
qua sponsus fornicando facit sponsae, ex iure ad re
reputet solum veniale, at vero malitia sponsae
reputet mortale propter deformitatis in ipsa hinc orta
grauitate, unde et hanc dicit confitenda utpote
mortale, illa negat utpote veniale. 4ta
demum sententia est glossae in cap. quemadmodum
de iure iurando, ea sunt aliqui canonistae
apud sanchez et ex Theologis Pallud. in 4.

Dist. 27. q. 1. a. 3. conclus. 1. vult hæc sententia
eiusmodi fornicatione adulterij crimini esse per omnia
similem, eo quod sponsalia sequantur naturam matrimonij
sintque matrimonium incoatum: similiter quoque crimen
sponsalium sequatur naturam criminis matrimonij sitque
adulterium incoatum. hæc ista sententia communiter
reijcitur, cum adulterij crimen ~~[illegible]~~ sit S. D.
2. 2. q. 154. a. 8. quem theologi omnes sequuntur sit alieni
thori violatio, cum igitur per sponsalia de futuro
nondum sit contrahentium id thorus, sed tantum promissio
de futuro eodem thoro, non enim præsentium, sed
futurarum nuptiarum promissa sunt sponsalia, non
potest fornicatio sponsorum adulterio æquiparari
ni valde remote, in quantum scilicet utrumque potentiam
sponsatorum, et coniugatorum aliquid de iniustitia
participat, ut mox dicam, quod tamen nondum sufficit
ad rationem adulterij, cum adulterium proprie committatur
in nupta, non in sponsa.

30. Circa reliquas sententias Amicus loc. cit. ait: prima
sola authentice probabilis est, 2da tam authentice quam ratione
probabilis est, longe probabilior 3tia: ita Amicus. sed
contra Amicum rationibus utrinque sedulo perpensis
tutior simul et probabilior cæteris esse videtur 2da
in qua proinde consentio æstimans quod sponsus et sponsa
cum ceteris turpiter agentes distinctam malitiam com
mittant in confessionali nostrio explicanda. ratio est,
quia in primis negari non potest, quod aliqua iniustitia
alteri parti ex violatione graui alterutrius
contingat, ex vi issius contractus onerosi, cum re
uera unusquisque spondeat super re sicut hic et
nunc est, adeoque tacita saltem conditione, utraque
pars petit sibi reddi rem non deteriorata, imo
quæque pars adimit ex vi issius contractus alteri

parti pstate re ubicunq deteriorandi: n̄ g̃o
servat gtractu, quicunq p turpe actne cpus
suu violat, unde n̄ st audiendi authores
sma sntia dicentes, sponsos se tm̄ eatenq invice
spondere, gtenq se naali vinculo nulli alteri
obligent, n̄ am̄ gtenq ab actu fornicario
abstineant, cu na gtra e, qd ex hoc isto, qd
spondeant fid naalij vinculi, spondeant insml
id totu, qd obe huic naali vinculo, atq in
hoc e actq fornicarij, qui sive ex pte viri
sive femine sit, suffit ad dissolutne sponsaliu
ut sqnti sect. dica: eo isto g̃o qd fid naali
vinculi sb gravi pmittnt, siltr et gsqntr
sb gravi et pmittunt ea n̄ velle facere ex
gbq sponsaliu fides gravitr frangit, seu n̄
fornicari cu. gfirmat. finis et medium ad finem
cadunt sb eod pcpto: g̃o qui tenet ex iustia
solvere pmissu gtractu sponsalitio sb gravi
et ex iustia tenet removere ea, q̃ per se
obsnt ne solvat pmissu, cu igit fornicaõ
sbsqns sit caa sponsalia dissolvens, sequit
qd sponsi sicut ex iustia tenent gtractu im
plere sb gravi, ita et sb gravi tenentur
fornicaõne vitare, gsqtr si turpitr eiusmj
egerint gtra obligne ex titl. iustie naale
illd in gfessne explicare tenent. unde etia
altera raõ sma sntia cadit, sc. gsi eet tm̄
circmstaia aggravans, sic en mfeste hbt
circmstaia spee mutante ee, utpote qua
turpitdni carnij addit turpitdne iniustie.
nec urget eigd 3tia raõ de muliere vovente
ut en recte notat Laiman. C. 1. A. 6. ubi
nra sntia et ait problore, votu: fit Deo

n̄ religni, unde n̄ committit ptm iniustiae in relignē
ꝑ ptm irreligiositis gtra Deum, at vò sponsalia
fiunt sponsis immediate, et qdm p mutuum ong, et
hinc ē, qd hic committat iniustitia, n̄ ibi.
3. Hic am optime aduertdum ē, tale solum impudi-
citiam diu ēē mortale gtra iustiam inr sponsos
q̄ sufficit ad sponsalium dissolutnē, et hoc qdm
sive gtingat ex pte sponsi ꝯ sponsae, quamuis
ptm eigni sponsae p accidens pit ēē grauius
pcto sponsi. rāo gnrlis ē, qd obligāo nāalis
sponsalium sit sb mortali ex titulo iustiae: gō
qqis tale crimen facit, ex quo sponsalia
dissolui gtingit, mortlr gtra iustiam peccat,
qia ex sua ꝯ culpa obligne sponsalium nāale
grauitr violat, nqs in hoc potior ē ratio
pcti sponsae qm sponsi, cum utriqqs in invicē
aequale sit ius, aequalis obligāo seruandi
sponsalia, et n̄ p ꝓprium crimen praebendi ac
casionē ea dissoluendi. at nota 1 quia
dixi tale solum impudicitiam ēē mortale
gtra iustiam, q̄ sufficit ad sponsalium dissolutnē
cum igit fornicāo ex quacnqs pte comissa
sit suffns ad ea dissoluenda, ex quacnqs
parte comissa videt ēē mortlis et nsprio
explicanda, egtra cum n̄ quiuis tactus lasciuus
qduis osculum libidinosum (ꝯ saltē ex pte viri
sit suffns cāa ad dissoluenda sponsalia, iis
n̄ committet statim mortle gtra iustiam et si
committat mortle gtra gtinentiam, unde
qtm ē ad titulum iustiae in actibus impu-
dicis sponsorum et mortlibus gtra gtinentiam
dari pt paruitas mae, q̄ sicut excusat

â mortli iniustiæ, ita et excusat â gfitendi
nepte, cum n̄ teneamur nj mortlia gfiteri, quare
tales satisfaciunt, si mortlem impudicitiam
gfitentes circumstaā iniustiæ reticeant,
tantumdo veniale. plura de hoc colligi
prnt ex sect. segnti, ubi cāas sponsalia
dissolvendi dabimus. hic am̄ ad raōne
Sanchez supra posita respdeo, verum ēē
turpiorem ēē fornicaōne sponsæ, si actus
maālr gsideret, eo qd turpitdo in ipsa sit
pmanens, dum egtra turptdnis sponsi nullum
in sponso relinquat vestigium, unde verum
ē, qd maālr gravius sit delictum sponsæ, qm
sponsi, sd hæc gravitas qia se tm̄ tenet ex
parte maē, ē tm̄ aggravans et ad frāl
delicti mere accidens, cum delicto fornicaōis
accidat sive fœmina sive vir forniceti,
siltr ad delictum iniustiæ factæ accidat,
sive fœmina sive vir accidat, quorum tn̄
turpitdo frltr gsiderata plane ē æqualis
sc. violāo promissi gravis ex gtractu oneroso
utriusqs obligatorio p cuius violāōne â
quacunqs pte gtingat, et æquale cuicunqs
parti sypt damnum: l ēn ex tali fornicaōne
gcipit proles, l n̄, si gcipit perinde ē de
sponso ac sponsa, imo gravius vidt delictum
sponsi in sponsam, cum sponsa fornicans
teneat infantem solum ablactare, forni
cator am̄ toto tpore ab ablataōne ut
de iustia dictum, si vo proles n̄ gcipit,
utriusqs turpitdo ē transiens n̄ pmanens
id fere ē de alijs incomodis.

Hoc.

Hoc tn illge dictu, si sponsus aut sponsa cu
exteris fornicantur, n am si ipsi inr se quasi
in coniugati copula utuntur: tunc en etsi mortlr
peccant gtra gtinentia turpiter invice agentes
n tn peccant gtra iustia in invice, cu nullius
ius violent, nj volentis, imo ipsu ingtinentia
pctm, etsi mortle sit, eo qd sit adhuc accessus
ad n sua, adeoqs fornicarius, licet en invicem
pmissi sint. tn invice ad usu traditi n st,
et ideo du sic accedunt ad invice, accedunt
qdm ad promissas seu habentes incoatu, n tn
accedunt ad suas seu hbntes ius pfectu, unde
ille usus adhuc e fornicarius, adeoqs mortlr
malus maxime mdo ubi clandestina matrnia
sb gravi phibita imo ono nulla st: nilongiste
usus fornicarius tanta malitia intensive n e
qnta e inr ono solutos, cu ex eo qd sponsalia
gtraxerint, ad eigmi actu ius hbant incoatu,
qd n hbnt ono soluti, unde quida dicunt
hoc sponsoru pctm ee levissimu inr mortlia.
inde et infert sponsos mortlr peccare delectando
morose de copula post matrniu hbnda, sb hic
et nc ~~qsi~~ in mente qsi presenti conficta,
ita ut delectao trnet ad copula ut psente
n ut futura, maxime si accedat comotio
spruu genitaliu, alt eet si de copula de
lectarent qua futura vide dicta in Tr. de pctis
3. Id e de tactibus lascivis pxme ad copula
ordinatis sive ex obto ut st tactus in membris
~~ver~~ verendis, sive ex intione tangentis vg,
si qis tangat altera parte aimo provocandi
ad copula, pollutne, libidine, delectaone
morosa, sive et ex adiuncto periculo actus

l. gssus in copula, qui tactus et inr sponsos
mortales sit, ratio est, quod tactus eiusmodi sint medium
proxim ad finem illicitum, l. ex se ipsis l. ex intentione
agentis, adeoque sicut ipse finis, ita et eiusmodi
tactus sub mortali prohibiti sit. ald. e. de aliis
tactibus, osculis, amplexibus, quae proxime ad copulam
non ordinatis, plus enim procul dubio licet sponsis
praeter ius ad copulam incoatum, quam non sponsis, unde
osculo, amplexus, compressio quarumcumque partium
honestarum et uberum seu mamillarum non videtur
inter sponsos excedere praeter veniale, etsi fiant
ex aliqua delectatione sensibili, dummodo absit
periculum aut intentio polluendi l. inducendi in
copulam pollutionem, libidinem, quo casu sine
dubio erunt mortalia, immo addit Damb. decal.
lib. 7. c. 2. §. 5. n. 61. fol. m. 181. et dicit
unam excusationem invenio in sponso eas actiones pu-
dicas exercente cum pollutionis periculo praeciso,
sed non intento, et sine periculo gssus in illam, nam
si in occasione esset, ut incurbans haberet, si ab
illis abstineret, posset eas usurpare, quia iam
adest rationabilis excusatio, ita Damburg. ratio
omnium supra data est, quia sponsi per sponsalia habent
ius incoatum eiusmodi actus cohonestans: plura
inferius de hoc, ubi de copula carnali
in singulis statibus dicemus. hic autem notandum est
quod hactenus dicta de licitate eiusmodi actuum
procedant de sponsis proprie talibus, non de invalide
aut conditionate tantum sponsalia contrahentibus
excepto si conditio sit purificata, et pro
cedunt et tunc, ubi haec ex communi patriae
usu non honestantur, si enim eiusmodi admitteret
communis patriae usus, aut agerentur in signum
benevolentiae mutui amoris, seclusa delectatione

sibi, neque forent venialia sed propter communem patriae usum licita.

4 Sunt adhuc duo alij tituli obligatorij sponsalium, alter est sententia judicij, alter poenae conventionis, sed cum pleraque super iis aut supra aut in Tr. de Leg. sint resoluta, utrumque breviter expedimus, quatenus quo est ex sententia judicij iniuste resilientem ad fidem compellentis, et ex hoc capite iniuste resiliens tenetur parere, non autem ille, qui iuste resilit, nisi forte per accidens ratione scandali, quod ratio est clara, quia unusquisque subiacere debet proposito suo et obedire sententiae iustae superioris, non autem iniustae, atque sententia compellens iniuste resilientem ad standum promissis iusta est, e contra iniusta est si compellat iuste resilientem: quo quod dixi per accidens et iuste resilientem posse teneri sententiam judicij adimplere ratione scandali, quod inter duo enim mala minus est eligendum, ubi quo notabiliter praevalet scandalum orituru proprio incommodo ex tali sententia secuturo, recta ratio obligabit potius ad vitandum scandalum quam vitandum proprium incommodum, sicut tamen hoc praeceptum seu sententia judicij cadat super iustitias sponsalium eundemque finem respiciat, ex non paritate talis sententia facta aggravabitur quidem peccatum iniuste resilientis, non tamen specie mutabitur excepto si cum Fr. judicij contemptu hoc facere nollet, ratio est, quia praeceptum naturale de stando fidei sponsalitiae, et sententia judicij in dicto casu cadunt sub eodem fine et motivo iustitiae adeoque sunt solum materialiter diversa praecepta; consequenter per dicta de Leg. transgressio

eigmj tm aggravat n spee mutat. qtm vo
e de quentione pœnæ sponsalitio tractatuj
adiecta solvendæ a resiliente, ia dixi N. 22.
tm addendu e, qd et in gsciia iniuste resi=
liens tenet pœna solvere mutua quentione
et obligaone statuta ad fcd servanda, eo
qd ea obligao sit ex gtractu oneroso. qd si
pœna illa quentionalis fuerit et gditnata
resiliens n solu titl. iustiæ, sd et titulo
religiois pptr iurmtm ea solvere tenet,
et n solvens 2plr peccat gtra iustiæ et
gtra religione, vide de hoc Amicu cit
disp. 30. sect. 3. de spons. ubi et gtrariæ
sntiæ dicentis eius modi quentionale pœna
ex iure irrita ee, si iurata n sit satis
facit: hæc de obligaone sponsaliu
dicta sunto

Sectio 2da

De Causis ex quibus sponsalia dissolvi possunt

Quis sponsalitij gtractus magna sit ex titl. iustiæ 35
obligao ligans gtrahentes sb mortli ad gtrahendu
suo tpore matrnium, eig tn tantu vinculu n et qn
n inrvenientibus certis causis dissolvi pit. de his
am causis et casibus s. Antoninus 3. p. tit. 1. c. 18.
de spons. §. 1. sic ait: in 9 casibus solvunt sponsalia
de iure et sine pcto sdm Raymundu. Imq. si
alter sponsoru transit ad religne, qd et facere pt
gtracto matrnio de præsenti, et n du gsumato,
et altero invito, et sic ille qui remanet in
sæculo solvit a sponsalibus, et etia a matrnio.
2. qndo sponsus n invenit, qia transtulit se ad alia
regione, et si trnus in sponsalibus n fuit appositus
de gtrahendo, tnc sdm Leges præsens n tenet

exspectare absentem nj per biennium. 3. si alter sponsorum post contracta sponsalia incurrat lepram l paralisim, amittat oculum, l nasum. 4. si supervenit affinitas, puta quia sponsus cognouit consanguineam sponsae, l vicissim. 5. si mutuo se absolvant. 6. si alter eorum fuerit fornicatus, in quo casu licet alteri repellere fornicantem, et hoc de fornicatione carnali, et multo magis de spirituali sc. de haeresi l infidelitate. 7. quando sponsus vel sponsa contrahit cum altero per verba de praesenti, l et per verba de futuro et sequitur carnalis copula, tunc talis peccabit mortaliter, qui fidem fregit. 8. quando impubes, qui contrahit sponsalia venit ad aetatem adultam, et petiit absolui a vinculo sponsalium et dari sibi licentiam nubendi. 9. si fama habeat quod inter eos sit aliquod impedimentum, et de fama doceat. ita S. Antoninus, qui ibidem §. 2. addit 10mum casum sc. votum castitatis, de quo tamen sic ait, distinguendum quia aut votum simplex praecedit sponsalia ipsa aut sequitur: si praecedit votum, tunc impedit et dirimit et sponsalia de futuro iurata, quia hoc casu iuramentum est illicitum, cum iuret facere contra id, quod vouerat: aut sponsalia praecedunt votum simplex et tunc votum non impedit l dirimit sponsalia sed eo casu cogi debet, l votum solemnizare sc. profitendo in religione, et sic essent soluta sponsalia. l sponsalia profiteri et contrahere matrimonium. ita iterum S. Antoninus. his ab aliis additur casus termini ad finiendam obligationem praefixi. item quaecunque notabilis mutatio, quae si praevisa fuisset, contractum sponsalitium facere merito absterruisset, et sed cum in pluribus dictis casibus plura veniant notanda, quae in dicto Antonini posita non sunt, aut posita sunt generaliter sensu non sunt

illgnda, oportet singlos casus paulo fusius expli
care

Primus itaque casus sma caa dissolvendi sponsalia 36
imo et matrimonium ratum, antequam per copulam consumet
sdm S. Antoninum est religionis ingressus, qui et altera
parte invita est licitus. huius veritas petitur ex Cap.
verum, Cap. ex parte de conuers. coniugat. in quorum
priore loco absolute concedit, quod ante matrimonium consumatum
potest alter coniugum et altero invito religionem ingredi,
sed remanens in saeculo potest ad 2da vota transire,
quia, ait Alexander 3., cum non fuissent una caro
simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, et
alter in saeculo remanere. ita ibi. ex quo infert
quod si matrimonium ratum potest per ingressum religionis dissolvi
multo magis possunt dissolvi sponsalia, quae neutiquam
accedunt ad vinculum matrimonii rati, dubitant autem
hic Dres, an sponsalia solvantur per solum ingressum
an vero necessaria sit et ipsa professio? sed communior
sententia est, asserens solvi ex parte per ingressum, ex
toto per professionem, seu quod clarius est, per ingressum
unius in religionem liberari a fide sponsalitia re
manente in saeculo, non autem eum qui transit ad
religionem, unde si non profiteretur in ea, sed iterum
egrederetur, ipse adhuc sua fide teneretur, staret
tamen in electione partis remanentis in mundo, an
illi velit fidem servare, an negare, quod utrumque
potest sine peccato, excepto si post ingressum sponsi
sponsi fidem sponsalitiam fecisset alteri, quo casu
debet stare 2do, nec potest redire ad sponsum, eo
quod a sponso per ingressum religionis absolute libera fidem
fecit 2do, et sic in ipso actu renunciavit primo
sponso. ratio autem omnium est, quia qui religionem ingreditur
eo ipso quod tale statum eligat, cum quo sponsaliorum
finis repugnat, sponsalibus renunciare quincitur, at
vero haec renunciatio non est ex parte remanentis in
saeculo, unde si ingressus in religionem regredetur

in seculum alteri manet obligatus si velit, ipsa
am erit absolta si nolit: quod si am religione
profiteatur, ita ex utraque ~~pon~~ parte obligatio spon
salium extinguitur, ratione dat S. D. in 4. loc. cit.
a. 2. ad 1. quia professio est mors spiritualis, talis pro
missio, ait, solvitur per mortem spiritualem. ita S. D.
sed nota, quod loquitur solum de religione ingresso, quod
eius promissio solvitur per professionem, nam remanentis
in seculo obligatio solvitur per solum ingressum ut
dictum, aliud est de matrimonio rato, in quo pars re
manens alterâ religione ingressâ non permittitur ad
2da vota seu nuptias transire, nisi professione
secuta, quae sola mors est spiritualis. de voto simplici
castitatis, et professione in Societate Jesu dicta
infra ad casum 10mum.

7. Secundus casus et causa dissolvendi sponsalia
secundum S. Antoninum est transitus sponsi ad regionem
longinquam, illegitime sine gressu sponsae, si enim sponsa
consensisset, ad tempus praestiti gressus expectare
debet. ratio autem causae dissolutionis petitur ex eo,
quod, qui sic proficiscitur, sponsalibus renunciare videtur,
tamen quantum ad hoc sunt quaedam limitationes Doctorum, nam
primo ex L. saepe ff. de spons. notant, quod si sponsus
ob causam nuptiam diutius abesse cogatur, sponsa expec
tare debeat, donec iustum eius impedimentum cesset
nisi tamen aliter quantum sit, aut ingtinentiae peri
culum, vel alia nuptias contrahere matrimonium urgeat
tamen tunc non secundum proprium arbitrium, sed secundum Pulia
judicium matrimonium contrahere permittitur. notant 2do
quod si sponsus non ob causam nuptiam sed ob aliam causam
voluntariam iustam discesserit, tunc secundum ius caesareum
biennio expectandus sit, si intra Provinciam
triennio vero si extra Provinciam moretur. L. 2.
Cod. de spons. ubi sic dicitur: si is qui puella

suis nuptiis factus est, intra biennium exequi nuptias in eadem provincia degens supersederit, eiusque spatij fine decurso, in alterius postea concunctione puella pueneritt, nil fraudis ei sit, quae nuptias maturando vota sua diutius eludi passa non est. ita ibi. item S. r. Cod. de repudiis, ubi dis liberum est filiae tuae, si sponsum suum post tres peregrinationis annos exspectandum sibi ultra non putet, omissa spe huius coniunctionis matrimonium facere, ne opportunum nubendi tempus amittat. Cum quae leges ex communi Dnorum sic concordant, ut triennium exigatur respectu morantis extra Provinciam, biennium vero respectu eius, qui in eadem provincia degit: Sed has leges aliqui volunt esse per jus Can. correctas in Cap. de illis de spons., in quo capitulo simpliciter fit licentia alteri nubendi altero in terra longinqua perrecto, sed communiter alij negant, quod verius videtur, cum in dicto cap. de illis nulla fiat mentio derogationis, leges caesareae aliunde videantur rectissimae, insuper cit. capitulum loqui videatur de mutatione domicilij, et non de quacunque profectione in aliena terra, unde si sponsus quatenus volente sponsae domicilium sic mutaturus proficiscatur sponsa a sponsalibus liberatur. Sdm Faimon c. 2. de spons. n. 15. avedit quod S. Antoninus et alij Dres negent iis legibus per ius Can. esse derogatum, in dubio autem derogationis standum est pro lege, cum abstracto dubio et dubitandi rationibus lex lata sit in possessione: quod tamen haec limitatio est concedenda, nisi judex Ecclesiae inspecta qualitate personae, aliisque circumstantiis tempus iudicarit moderandum, quo tamen casu hoc sponso oportet sufficere, et tunc si redire omiserit, aut emanentiae causam non allegaverit

elapso trno a sponsalibus sponsa libera erit, idque
maxime si incontinentia urgeat periculum.

8. Tertius casus et caa est sdm S. Antoninum, si alter
sponsorum post contracta sponsalia in lepra aut paralisim
incidat, nasum et amittat, consentit et raoe reddit
S. Thomas cit. a. 3. ad 3. dicens: quod si ante contractum
matrimonium aliquam graue infirmitatem incurrat, alter
eorum inter quos est contracta sponsalia, quae ipsum nimis
debilitet, ut epilepsia vel paralisis, aut eum de-
formet, ut abscissio nasi, vel orbitas oculorum
vel aliquid huiusmodi, aut quae sit contra bonum prolis utpote
lepra, quae solet prolem inficere, possunt sponsalia
dirimi, ne sibi inuicem displiceant, et matrimonium
sic contractum malum exitum sortiatur. ita S. D. habet
et ex cap. litteras de coniugio leprosorum, item
ex cap. Quemadm de iure iurando ubi Pontifex sic
ait: quod si post huiusmodi iuramentum mulier fieret non
solum leprosa sed et paralitica, vel oculos vel nasum
amitteret, vel quidquam ei turpius obueniret, nequaquam
vir teneretur eam ducere in uxorem profecto ducta
non poet dimittere. ita Pontifex. Raoe est, quia
eiusmodi superueniens infirmitas aut deformitas
eatenus mutat maa contractus, quod si in principio sic
fuisset, omnino a contrahendo absterruisset et recte et
notat Laymon loc. cit. eiusmodi infirmitates et sufficientes
caa ad dissoluenda sponsalia non solum tunc esse,
quando tunc superueniunt sponsalitio contractui, sed et
quando tunc erant, dum sponsalia celebrabantur, tamen
altera parte omnino latebant, nam paria censentur
non esse et non apparere, argumento Legis in C. fundi
de contrahenda Emptione. Debet tamen in eiusmodi infir-
mitatibus respicere ad mentem contrahentis, an si
sciuisset, tamen contraxisset, an non? in priori
enim casu sponsalia haud poent dissolui, sed
bene in posteriori. 4tus casus et
caa est, si superueniat affinitas, aut aliquid

impedimentum dirimens matrimonium. habet ex Cap. veniens. C. . de eo qui duxit consanguineam. ratio est clara, sed ex sponsalia mutua futurarum nuptiarum promissa: ubi quo ibi ita invalidae fiunt futurae nuptiae, a potiori cadunt earum nuptiarum promissa, de hoc plura ubi de impedimentis matrimonij.

Quintus casus et causa est, si mutuo se absoluant 3. et quidem si et invicem iurata fuissent sponsalia, ratio est, quia unaquaeque res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. Cap. 1. De regulis iuris. iurmentum autem sortitur rationem actus cui coniungitur Cap. quemadmodum de iure iurando et praeterea quando sponsalia, aut alter eiusmodi contractus mutuo consensu dissolubilis iuratur, semper tacita conditio involuitur, nisi obligatio contractus, et iurmentum desuper factum mutuo consensu invicem remittatur. ibidem autem hic notandum est, quod multarum Ecclesiarum consuetudine sit introductum, quod mutuo eiusmodi consensu sponsalia, si coram Paracho et testibus celebrata sint, non dissoluantur, nisi causa prius ad Episcopum dilata, imo alicubi generaliter statutum est, ut non liceat sponsis a sponsalibus publice notis recedere, nisi causa prius ad Episcopum delata, idque propter varias lites, scandala etiam evitanda, quae saepe fieri contingit ob fraudulentam resilientiam. et hoc quidem licite fieri et sub gravi praecipi potest non videtur ambigendum, cum eius finis omnino rationabilis sit et gravis sc. pax Christianae reipubl. evitatio fraudum, scandalorum, unde hoc et approbat S. D. a. 3 in 8 cit. ubi dicit, sponsalia contracta dirimuntur, sed diversimode, quia in duobus sc. cum quis ad religionem confugit, et cum alter coniugum cum altero per verba de praesenti contrahit, ipso iure sponsalia dirimuntur,

D in alijs casibus dirimi debet sdm iudicium Ecclie
ita S. D. et sdm puto, ee resolvendum qd
eigmi dissolutio in Diœcesi Constantiensi licite
sit casus reservatus, si n coram Ordinario caa
dissolutionis deferatur. ubi am eigmi statutum n e,
nil aliud requiritur nisi mutuus gssus liber, et sine dolo habitus,
cum et ut sponsalia ab initio obligent liber debuerit esse
et doli expers utriusque consensus.

o. Ctus Casus et caa e alterius fornicaõ post sponsalia gtracta
licitum en e innocenti fornicante repudiare, ita tn pars
fornicans ad alterius voltem stare debet, habet ex Cap. gmadm
de jurejurando, ubi Pntfx huius raone reddens ait:
si post gtractum coniugium vir pptr fornicaõne licite
pt uxore a sua cohabitaõne dimittere, longe fortius
ante coniugium celebratum pptr eandem caam sponsus licite
pt in sua cohabitaõne n admittere sponsam, quia turpius
eijcitur, qm n admittitur hospes, n obstante in alterutro
casu vinculo iuramenti, qd qdm pptr sbilegda gditione
e tale, ut is, qui iuravit ad utrumque sine trans
gressione se pit hbre. ita Pntfx. raõ aute
praecipue e, quia in oi gtractu tacita gditio
illgitur, nisi altera pars fidem violarit, cum
sdm comune regula frangenti fidem fides fran-
gatur eidem. et hec raõ militat ex utraque
parte tam pro sponsa, qm pro sponso, ut quae-
cunque pars innocens fuerit, altera licite pit
repudiare. Neque vo requiritur actualis
fornicatio, sed sufficit eigmi in tactibus, osculis
amplexibus cum exteris habitis frequentia,
ut raabler concludi possit parti illius impudica
vita, aut intra sponsalium tempus fornicaria,
hoc en sufficiens ratio est abhorrendi a
talibus sponsalibus et coniugio futuro.
tn advertunt Dres qtm ad hoc plura re-
quiri ad coniectandam impudicitiam sponsi,

qm sponsa, cum mulieres pudore in tactibus et semel exutae, facilius lapsurae iudicantur ab hominibus, qm viri.

Poterit et sponsus repudiare sponsam sine sine sua culpa vi oppressa. Colligitur ex Can. raptor. 22. q. 2. et ratio est, quod etiam per tale oppressionem naturaliter contractus sponsalitij notabiliter mutetur, et quidem taliter quod si ab initio sic fuisset, a contrahendo absterruisset. Ergo si sponsus consenserit in fornicatione sponsae, aut vicissim pars fornicans ab altera parte consentiente repelli non potest, cum sit complex peccati et volenti non fiat iniuria neque dolus: imo docet Amicus cit. disp. 30. sect. 1. n. 9. in hoc casu sponsum sponsam fornicantem neque contrahere praeter praedictam impudicitiam praedictam iniustitiae, unde dicit esse disparitatem inter sponsatos et coniugatos, coniugati enim quamvis in actu adulterij invicem consentiant, tamen iniustitiam committunt mortalem, quia vinculum matrimonij fidei non dependet ab ipsorum voluntate, sed ab ipsa bonitate matrimonij et naturali thori matrimonialis, cui proinde renunciare non possunt, ergo vinculum sponsalium dependet a voluntate sponsarum, unde eum renunciare possunt, et consequenter si de mutuo consensu fornicantur, iniustitiae crimen non committunt, haec sententia probabilis est, sed parum prodest, cum nihilominus triplex praedictam committant, proprium alterum per actum fornicarium, alterum alienum per consensum in praedictam alterius, quod si vero uterque sponsus fornicetur non dato mutuo consensu praedicti, uterque triplex praedictam committit, impudicitiae et iniustitiae, ut dictum, tamen delictum delicto non compensatur, sed adhuc sponsus sponsam repudiare potest, non vicissim, sed tunc repudiatio non fit ex titulo facto

fornicaõis, cuiq uterqs ē req, sed ex titulo grauis
mãe deterioraõis, nã longe grauiq deteriorat
corpq sponsæ, qm sponsi p fornicaõne, hæc qdm
illge per fornicaõne carnale. Potior raõ ē
de fornicaõne spruli, si sc. â recta fide pars
altera defecerit, quo casu et stans in fide â
sponsaliũ vinculo libera erit, raõ ē clara ex
dictis supra, st eñ invalida sponsalia, ubi ma-
trimonia st illicita, atq cũ go cũ. Insuper hoc
suadet ipsũ periculũ perversionis ex cohabitaõne
iminens alteri parti, aut liberis eiq, insuper
qui fid Culiæ ñ seruat, indignq ē, ut ei
coniugalis fides seruetur.

2. 7tmq Casq et caã ē, qdo sponsq l sponsa gtrahit
cũ altero per verba de præsenti, l et p verba de
futuro, et seqit carnalis copula. ita S. Antonin.
1na pars hbt ex cap. 1. de sponsa duorũ. raõ ē
qia p sponsalia de præsenti ñ fit tm pro-
missio futurarũ nuptiarũ, sed et fit traditio
ad nuptias præsentes, cũ igit fortiq sit ius, qd
qd tradiõne rei perficit iure ad re, mfestũ
ē, qd qui spondet duabq, vni de futuro, alteri
de præsenti, tenet fid seruare, cui promisit per
verba de præsenti, hoc qdm de iure antiquo,
sed cũ de iure nouo trãdi matrnia clandestina
sint nulla, sic erit distinguendũ: desponsaõ p
verba de præsenti l ē facta cora paracho
et duobq saltẽ testibq, sicut matrnia rata
